



## CARMEN LVIII

## AD CAELIUM DE LESBIA



Caeli, Lesbia nostra, Lesbia illa,  
 Illa Lesbia, quam Catullus unam  
 Plus quam se atque suos amavit omnes,  
 Nunc in quadruviis et angiportis  
 Glubit magnanimis Remi nepotes.



## ODA LVIII

## A CECILIO



Celio, la Lesbia aquella, aquella Lesbia,  
 Á quien Catulo amó más que á sí mesmo,  
 Hoy se entrega en las calles y en las plazas  
 Á los hijos magnánimos de Remo.







## CARMEN LIX

## DE RUFA ET RUFULO



Bononiensis Rufa Rufulum fellat,  
 Uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis  
 Vidistis ipso rapere de rogo cenam,  
 Cum devolutum ex igne prosequens panem  
 Ab semiraso tunderetur ustore.



## ODA LIX

## ACERCA DE RUFA Y RUFULO



Acaricia á Rufulo  
 La esposa de Menenio,  
 Rufa la Bolonesa,  
 Á quien veis su alimento  
 Recoger de las piras,  
 Allá en los cementerios,  
 Persiguiendo los panes  
 Que se escapan del fuego,  
 Á pesar de los golpes  
 Del que quema los muertos.





## CARMEN LX

## AD SCYLLAM

Num te leaena montibus Libystrinis  
 Aut Scylla latrans infima inguinem parte  
 Tam mente dura procreavit ac taetra,  
 Ut supplicis vocem in novissimo casu  
 Contemptam haberes, a nimis fero corde?



## ODA LX

## A SCILLA

¿De los montes de Libia una leona,  
 Scilla que en monstruo ladrador remata,  
 Engendró tu alma acaso  
 Tan dura é inhumana  
 Que á quien te ruega en su aflicción, desprecias?  
 ¡Oh! ¡qué feroz es tu alma!





## CARMEN LXI

## IN NUPTIAS IUNIAE ET MANLII



Collis o Heliconiei  
 Cultor, Uraniae genus,  
 Qui rapis teneram ad virum  
 Virginem, o Hymenaeae Hymen,  
 Hymen o Hymenaeae;

Cinge tempora floribus  
 Suave olentis amaraci,  
 Flammeum cape laetus, huc  
 Huc veni, niveo gerens  
 Luteum pede soccum.



## ODA LXI

## EPITALAMIO DE JUNIA Y MANLIO



Tú, que el collado de Helicón habitas,  
 Hijo de Urania, que á la tierna virgen  
 Robas y entregas del varón en brazos,  
 Dios Himeneo;

Ciñe tus sienes con fragantes flores  
 De mejorana; y á tomar ve el flámeo;  
 Que tus pies niveos el zapato calcen  
 Y alegre vente;



Excitusque hilari die,  
Nuptialia concinens  
Voce carmina tinnula,  
Pelle humum pedibus, manu  
Pineam quate taedam.

Namque Iunia Mallio,  
Qualis Idalium colens  
Venit ad Phrygium Venus  
Iudicem, bona cum bona  
Nubet alite virgo,

Floridis velut enitens  
Myrtus Asia ramulis  
Quos Amadryades deae  
Ludicrum sibi rosido  
Nutriunt humore.

Quare age, huc aditum ferens,  
Perge linquere Thespieae  
Rupis Aonios specus,  
Nympha quos super irrigat  
Frigerans Aganippe.

Ac domum dominam voca  
Coniugis cupidam novi,  
Mentem amore revinciens  
Ut tenax edera huc et huc  
Arborem implicat errans.

Y en este día de contento, entona,  
Con voz vibrante, los nupciales himnos;  
Alza en la mano resinosa tea,  
Salta de gozo;

Hoy se une Junia al venturoso Manlio.  
Hermosa es ella cual la diosa Venus,  
Cuando desnuda en los Idalios montes  
Viérala Páris;

Y es como el mirto de floridas ramas  
Que en Asia brilla, y que, jugando, nutren,  
Sobre él vertiendo celestial rocío,  
Las Hamadriadas.

Deja de Tesbia las abruptas rocas,  
Ven, abandona las Aonias grutas,  
Sobre las cuales, sus parleras linfas  
Riega Aganipe;

Ven, y á la virgen á su casa lleva,  
Únela al joven, prometido esposo,  
Como la hiedra que en el árbol ata  
Firme sus tallos.



Vosque item simul integrae  
 Virgines, quibus advenit  
 Par dies, agite in modum  
 Dicite, O Hymenaeae Hymen  
 Hymen O Hymenaeae.

Ut lubentius, audiens  
 Se citatier ad suum  
 Munus, huc aditum ferat  
 Dux bonae Veneris, boni  
 Coniugator amoris.

Quis deus magis ancsiis  
 Est petendus amantibus?  
 Quem colent homines magis  
 Caelitum, O Hymenaeae Hymen  
 Hymen O Hymenaeae?

Te suis tremulus parens  
 Invocat, tibi virgines  
 Zonula solvunt sinus.  
 Te timens cupida novos  
 Captat aure maritus.

Tu fero iuveni in manus  
 Floridam ipse puellulam  
 Dedis a gremio suae  
 Matris, O Hymenaeae Hymen  
 Hymen O Hymenaeae.

Virgenes castas, que con lazo eterno  
 Á esposo amante os uniréis un día,  
 Venid cantando en concertado coro:

«Io Himeneo,»

Para que oyendo que lo llaman, venga  
 Pronto y propicio á consagrar las nupcias,  
 Él, que une siempre los amores buenos,  
 Guía de Venus.

¿Quién de los dioses del mortal merece  
 Más tierno culto? los amantes todos,  
 ¿Qué dios tan grande como tú invocaran,  
 Dios Himeneo?

Bienes te pide para su hijo el padre;  
 Tú haces que el seno, el cinturón soltando,  
 Muestre la virgen, y el marido ansioso  
 Oye tus himnos;

Y tú del gremio de la madre arrancas  
 Para en las manos del varón ponerla  
 La virgen púber que el amor ansía:  
 «Io Himeneo,»



Nil potest sine te Venus,  
 Fama quod bona comprobet,  
 Commodi capere, at potest  
 Te volente. Quis huic deo  
 Compararier ausit?

Nulla quit sine te domus  
 Liberos dare, nec parens  
 Stirpe nitier; at potest  
 Te volente. Quis huic deo  
 Compararier ausit?

Quae tuis careat sacris,  
 Non queat dare praesides  
 Terra finibus: at queat  
 Te volente. Quis huic deo  
 Compararier ausit?

Clastra pandite ianuae.  
 Virgo adest. Viden ut faces  
 Splendidas quatiunt comas?

.....

.....

Tardet ingenuus pudor.  
 Quem tamen magis audiens,  
 Flet quod ire necesse est.

Sin ti, no es dado conceder á Venus,  
 Placer alguno que el honor consienta;  
 ¡Oh! ¿quién contigo de los dioses todos  
 Puede igualarse?

Sin ti, no tienen las familias prole,  
 Ni el padre estirpe que en su torno crezca;  
 ¿Quién compararse entre los dioses todos  
 Contigo puede?

Sin ti, la patria, sin tu sacro culto,  
 Ni un defensor en sus confines tiene;  
 ¿Quién de los dioses compararse acaso  
 Puede contigo?

Abrid las puertas, que la virgen viene.  
 ¿Ves las antorchas agitar sus llamas?

.....

.....

.....

.....

Tu paso acorte tu pudor ingenuo;  
 Lloras, es preciso.



Flere desine. Non tibi Au-  
 Runculeia periculum est,  
 Ne qua femina pulcior  
 Clarum ab Oceano diem  
 Viderit venientem.

Talis in vario solet  
 Divitis domini hortulo  
 Stare flos hyacinthinus.  
 Sed moraris, abit dies.  
 Prodeas nova nupta.

Prodeas nova nupta, si  
 Iam videtur, et audias  
 Nostra verba. Viden? faces  
 Aureas quatiunt comas:  
 Prodeas nova nupta.

Non tuus levis in mala  
 Deditus vir adultera,  
 Probra turpia persequens,  
 A tuis teneris volet  
 Secubare papillis.

Lenta qui velut adsitas  
 Vitis implicat arbores,  
 Implicabitur in tuum  
 Complexum. Sed abit dies.  
 Prodeas nova nupta.

Cese tu llanto, y á temer no llegues  
 Que el sol, ¡oh Junia! cuando claro brote  
 Del Océano, contemplar lograra  
 Mujer más bella.

Cual tú, el jacinto, en el jardín suntuoso  
 De rico dueño, descollar se mira;  
 Ven, desposada, porque el día huye;  
 Llega, no tardes.

Joven esposa, ya avanzar te vemos.  
 Oye los cantos que en tu honor se entonan;  
 ¿Miras las teas agitarse al aire?  
 Ven, desposada.

No temas nunca que tu esposo busque  
 Torpes placeres en ajenos brazos  
 Y que á tu dulce y cariñoso seno  
 Otro prefiera;

Que á ti enlazado lo verás por siempre,  
 Cual vid lozana que se enreda al árbol;  
 Ven, ya no tardes, porque el día huye,  
 Joven esposa.



O cubile, quod omnibus  
 .....  
 .....  
 .....  
 Candido pede lecti,

Quae tuo veniunt hero,  
 Quanta gaudia, quae vaga  
 Nocte, quae medio die  
 Gaudeat. Sed abit dies.  
 Prodeas nova nupta.

Tollite, O pueri, faces.  
 Flammeum video venire.  
 Ite conçinite in modum  
 «Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.»

Ne diu taceat procax  
 Fascennina locutio.  
 Nec nuce pueris neget  
 Desertum domini audiens  
 Concubinus amorem.

Da nuce pueris, iners  
 Concubine: satis diu  
 Lusisti nucibus. Lubet  
 Iam servire Talasio.  
 Concubine, nuce da.

.....  
 .....  
 .....

¡Cuán dulces noches y felices días!  
 ¡Cuántos placeres á los dos esposos,  
 ¡Oh nupcial lecho! llegarás á darles!  
 Ven, desposada.

Alzad, ¡oh niños! las fulgentes teas;  
 Mirad el flámeo de color de fuego;  
 Id entonando en armonioso coro  
 Himnos nupciales.

Pronto resuenen los Fescenios cantos;  
 Y tú, mancebo, cuyo amor olvida  
 Tu dueño ahora, no rehuses nueces  
 Á los muchachos.

Dales las nueces, concubino inútil;  
 Hartas jugaste cuando niño fueras;  
 Ahora es preciso que á Talasio sirvas;  
 Dales las nueces.



Sordebant tibi villicae,  
 Concubine, hodie atque heri.  
 Nunc tuum cinerarius  
 Tondet os. Miser a miser  
 Concubine, nuces da.

Diceris male te a tuis  
 Unguentate glabris marite  
 Abstinerere, sed abstine.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Scimus haec tibi quae licent  
 Sola cognita, sed marito  
 Ista non eadem licent.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Nupta, tu quoque quae tuus  
 Vir petet cave ne neges,  
 Ni petitum aliunde eat.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

En tibi domus ut potens  
 Et beata viri tui.  
 Quae tibi sine serviat  
 (Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae).

Aun no hace mucho, que sedoso vello  
 Sombra ligera á tus mejillas daba;  
 Hoy el barbero te rasura el rostro;  
 Tira las nueces.

Se dice que ahora, perfumado esposo,  
 No á tus mancebos renunciar deseas;  
 Mas de ellos debes abstenerte, Manlio;  
 «Io Himeneo.»

Todos sabemos que jamás probaste  
 Placer alguno que vitando fuera;  
 Aun de esos goces te abstendrás mañana,  
 «Io Himeneo.»

Tú no resistas, desposada, nunca  
 Cuanto tu esposo enamorado quiera;  
 No en otras busque lo que tú le niegues,  
 «Io Himeneo.»

He ahí á tu paso la suntuosa casa  
 Que á ti te ofrece el prometido esposo,  
 Para que, ¡oh Junia! de sostén te sirva,  
 «Io Himeneo.»



Usque dum tremulum movens  
 Cana tempus anilitas  
 Omnia omnibus annuit.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Transfer omine cum bono  
 Limen aureolos pedes,  
 Rasilemque subi forem.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Aspice unus ut accubans  
 Vir tuus Tyrio in toro,  
 Totus immineat tibi.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Illi non minus ac tibi  
 Pectore uritur intimo  
 Flamma, sed penite magis.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Mitte brachiolum teres,  
 Praetextate, puellulae.  
 Iam cubile adeat viri.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Hasta que venga la vejez rugosa  
 Que hace que oscile la cabeza cana,  
 Que apenas débil sostenerse puede.  
 «Io Himeneo.»

Con buen augurio, que tus pies dorados,  
 Saltando encima del umbral, traspongan  
 De tu morada las brillantes puertas,  
 «Io Himeneo.»

Junia, contempla al prometido esposo  
 Que, reclinado sobre el lecho Tirio,  
 Á ti te invoca, y tu llegada espera,  
 «Io Himeneo.»

Con llama igual á la que á ti devora,  
 Y aun más intensa que la tuya acaso,  
 Se incendia el alma de tu amante esposo,  
 «Io Himeneo.»

Joven, que vistes la pretexto toga,  
 Pronto abandona de la novia el brazo,  
 Que junto al lecho del varón se acerca,  
 «Io Himeneo.»



Vos bonae senibus viris  
 Cognitae vene feminae,  
 Collocate puellulam.  
 Io Hymen Hymenaeae io,  
 Io Hymen Hymenaeae.

Iam licet venias, marite.  
 Uxor in thalamo tibi est,  
 Ore floridulo nitens  
 Alba parthenice velut  
 Luteumve papaver.

At, marite, ita me iuvent  
 Caelites, nihilo minus  
 Pulcer es, neque te Venus  
 Neglegit. Sed abit dies.  
 Perge ne remorare.

Non diu remoratus es.  
 Iam venis. Bona te Venus  
 Iuverit, quoniam palam  
 Quae cupis capis et bonum  
 Non abscondis amorem.

Ille pulveris Africei  
 Siderumque micantium  
 Subducat numerum prius,  
 Qui vestri numerare volt  
 Multa milia Iudei.

Castas matronas, que una vez tan sólo  
 Casadas fuistes, de virtud dechado,  
 Sobre su lecho colocad la virgen;

«Io Himeneo.»

Venir ya puedes, venturoso amante;  
 Ya está la esposa para ti en el lecho;  
 Su rostro brilla como blanco lirio,  
 Como amapola.

Tú, que como ella tan hermoso eres,  
 Joven esposo, á quien no olvida Venus,  
 Ven, ya no tardes, porque el día huye;  
 Manlio, no tardes.

Al fin llegaste. Que propicia Venus  
 Siempre te sea; los placeres goza  
 De tus amores; los amores buenos  
 Nunca se ocultan.

Quien contar quiera los deleites vuestros,  
 Que de la Libia las arenas cuente,  
 Y que del cielo, do su luz derraman,  
 Cuente los astros.



Ludite ut lubet et brevi  
 Liberos date. Non decet  
 Tam vetus sine liberis  
 Nomen esse, sed indidem  
 Semper ingenerari.

Torquatus volo parvulus  
 Matris e gremio suae  
 Porrigens teneras manus,  
 Dulce rideat ad patrem  
 Semihiante labello.

Sit suo similis patri  
 Mallo et facile inscieis  
 Noscitur ab omnibus,  
 Et pudicitiam suae  
 Matris indicet ore.

Talis illius a bona  
 Matre laus genus approbet,  
 Qualis unica ab optima  
 Matre Telemacho manet  
 Fama Penelopeo.

Claudite ostia virgines.  
 Lusimus satis. At bonei  
 Coniuges, bene vivite et  
 Munere assidue valentem  
 Exercete iuventam.

Goza y amaos, y á la patria dadle  
 Hijos en breve; vuestro nombre ilustre  
 Eterno harálo en los futuros siglos  
 Noble progenie.

Que desde el seno maternal, alzando  
 Las manos tiernas, á su padre ría  
 Algún Torcuato pequeñuelo, abriendo  
 Su labio apenas;

Y que á su padre se parezca tanto,  
 Que al verlo, todos conocerle logren,  
 Que todos miren el pudor materno  
 Sobre su rostro;

Y cual la esposa del prudente Ulises,  
 Que eterna fama le dejara á su hijo,  
 Que el nombre ilustre de su madre buena  
 Siempre lo ampare.

Cerrad las puertas, que los cantos cesen,  
 Cónyuges buenos, merecéis la dicha;  
 Mientras gozáis de juventud, amaos  
 Y sed felices.





## CARMEN LXII

## CARMEN NUPTIALE

\*\*\*\*\*

## IUVENES.

Vesper adest, iuvenes, consurgite: Verper Olympo  
 Expectata diu vix tandem lumina tollit.  
 Surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas,  
 Iam veniet virgo, iam dicetur hymenaeus.  
 Hymen O Hymenae, Hymen ades O Hymenae!

## VIRGINES.

Cernitis, innuptae, iuvenes? consurgite contra;  
 Nimirum Oetaeos ostendit noctifer ignes.  
 Sic certest; viden ut perniciouser exiluere?  
 Non temere exiluere, canent quod visere par est.  
 Hymen O Hymenae, Hymen ades O Hymenae!



## ODA LXII

## CANTO NUPCIAL

\*\*\*\*\*

## LOS JÓVENES.

Véspero llega; jóvenes, alzaos;  
 Ya su luz esperada largo tiempo,  
 Prende sobre el Olimpo, y de las mesas,  
 Ya de apartarse se acercó el momento.  
 Á Himeneo cantad; viene la virgen;  
 Ven, ¡oh dios de las Nupcias, Himeneo!

## LAS DONCELLAS.

¿Escucháis á esos jóvenes, doncellas?  
 Contra ellos levantaos, que sus fuegos  
 Véspero enciende sobre el Oeta; alzaos.  
 ¿Los veis la mesa abandonar ligeros?  
 Van á cantar lo que mirar conviene;  
 Ven, ¡oh dios de las Nupcias, Himeneo!